



BOLETIN OFICIAL
ECLESIASTICO
DEL
OBISPADO DE MALLORCA.

OBISPADO DE MALLORCA.

Circular núm. 52.

Mientras el Gobierno de S. M. (q. D. g.) secundado por el celo de las autoridades, así provinciales como locales, ejerce la más solícita vigilancia y dicta sábias y prudentes medidas de precaucion para impedir en cuanto sea humanamente posible que invada las poblaciones y caserios de nuestra pátria el terrible azote del cólera morbo asiático que aflige á varias ciudades marítimas y pueblos del interior de la vecina Francia, cumple á todos los buenos hijos de la Iglesia cooperar con sus fervientes oraciones al caritativo objeto de impetrar de la divina misericordia la incolumidad de la salud pública de que goza por dicha nuestra todo el continente español y sus islas adyacentes, sin dejar de pedir tambien que cesen pronto entre nuestros vecinos los estragos de tan lamentable calamidad. Al efecto hemos venido en disponer que en todas las iglesias parroquiales y en las de conventos de Religiosas terminada la misa mayor ó de comunidad en los domingos y dias festivos, mientras duren las presentes circunstancias y las medidas sanitarias tomadas en su

razon, se digan cantadas ó á lo menos rezadas las letanias de todos los Santos con las preces y oraciones que para tales casos señala el Ritual diocesano. En el santo sacrificio de la Misa añadirán los sacerdotes siempre que sea permitido por las rúbricas la colecta *pro quacumque necessitate*; y además en el rezo público del Santo Rosario se añadirá tres veces el Ave Maria ó una Salve á la Santísima Virgen á fin de alcanzar por su intercesion tan importante beneficio. Estas prescripciones se entienden sin perjuicio de las funciones religiosas que á manera de rogativa particular se están practicando ó se han proyectado en varias iglesias de esta Diócesi y especialmente de esta Ciudad: y nos reservamos determinar de acuerdo con el Ilmo. Cabildo de esta Santa Iglesia las que en lo sucesivo segun aconsejen las circunstancias hayan de tener lugar en la misma con tan piadoso objeto á mas de las que ya se han celebrado en ella.

La presente Circular será leida en el ofertorio de la misa mayor el primer domingo inmediato á su recibo.

Palma 16 de Agosto de 1884.—MATEO, *Obispo de Mallorca*.

Circular núm. 53.

TRÍDUO EN HONOR DE LA SANTÍSIMA VÍRGEN MARÍA.

Deseando Nuestro Santísimo Padre el Papa Leon XIII que los fieles de todo el mundo católico tributen á la Inmaculada Virgen Madre de Dios en la solemne festividad de su glorioso nacimiento un nuevo y extraordinario obsequio y testimonio de amor filial en desagravio de recientes y sacrilegos ultrajes inferidos á la divina Madre del Salvador por hombres perdidos y blasfemos, se dignó ordenar mediante el Despacho de la Sagrada Congregacion de Ritos inserto á continuacion de la presente Cir-

cular que en todas las diócesis se celebre un devoto triduo en los días 6, 7 y 8 del próximo mes de Setiembre en honor de la Santísima Virgen, concediendo á todos los fieles por cada vez que asistieren á dichas sagradas funciones siete años y siete cuarentenas de Indulgencia, y á los que asistieren todos los tres días y dentro de ellos confesaren y comulgaren y devotamente oraren á Dios segun la intencion de Su Santidad Indulgencia plenaria aplicable por las benditas almas del Purgatorio. Nada puede ser mas grato á nuestro corazon que cumplir los piadosos votos del Augusto Jefe de la Iglesia para mayor honra y gloria de la Santísima Virgen, y no dudando que la generalidad de los fieles de esta Diócesi, donde está tan arraigada la devocion á la Inmaculada Madre, secundará con entusiasmo el llamamiento de Su Santidad, recomendamos encarecidamente á los RR. Párrocos que comuniquen á sus feligreses la gracia concedida á los que asistan á las funciones del espresado Triduo, procurando ellos promover su celebracion con todo el esplendor posible. Al efecto los autorizamos para poner de manifiesto el Santísimo Sacramento en cada uno de los tres días, y en el de la Natividad de la Señora durante el canto de las Horas canónicas, Misa mayor y Visperas. Las funciones del Triduo podrán consistir en el rezo ó canto del Santo Rosario y Letania Lauretana, añadiendo una plática ó lectura espiritual, sin perjuicio de lo que en su buen celo los mismos Párrocos tengan á bien añadir.

Dios guarde á V. muchos años.—Palma 17 de Agosto de 1884.—MATEO, *Obispo de Mallorca.*

«Illme. et Rme. Domine:

»Vir Eminentissimus Metropolitane Ecclesiae Colosensis et Bacsensis in Hungariae Regno Antistes Ludovicus Cardinalis Haynald, humillimis oblatis precibus, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII

rogavit, ut probata aliquorum Theologorum ecclesiasticae historiae peritorum sententia, quae suadet proximo anno 1885 completum iri decimum nonum saeculum ab ortu gloriosae Virginis Dei genitricis Mariae, de eo laetissimo eventu speciale festum solemniter celebrandum decerneret in catholico Orbe universo, die octava septembris ejusdem anni. Postulationi quamplurimi alii subscripserunt ecclesiarum Praesules, inter quos aliquot Emi. Cardinales; permulti quoque accessere ecclesiastici Viri dignitate cleri, et laici religione praestantes: omnes ferventi permoti desiderio novum cultus honorem opponendi probris ac blasphemis, quibus excelsa Domina a tenebrarum potestate hodie lacessitur, ab eaque, tam propitia oblata occasione, enixius implorandi, ut optatae pacis nostrae sequestra fiat apud Deum, et coelestium administra gratiarum.

»Sanctissimus Dominus rei perspecta gravitate, eam videndam demandavit peculiari Congregationi Eminentissimorum Cardinalium sacris tuendis ritibus praepositorum. Quae die 31 mox praeteriti mensis Maji ad Vaticanum coadunata, in primis in hoc themate pervidit obicem, hactenus insolubilem, ex defectu notitiae certae, quae prorsus necessaria esset, veri anni Virginei natalitii; cum eruditi omnes tam veteres quam recentiores, ac ipsi centenarii propugnatores censeant tempus nativitatis Deiparae beatissimae historica certitudine definiri non posse. Quae enim maxime afferentur documenta, videlicet fragmentum epistolae Evodi, post Sanctum Petrum primi Antiocheni Episcopi, juxta quod beata Virgo decimum quintum annum agens peperisset hujus mundi lucem; et Choronicon Paschale, iunde deducere daretur Mariae ortum undecimo anno, ad summum, ante Christum natum contigisse: haec praeterquamquod secum non cohaerent, ab omnibus melioris notae criticis, validis adductis rationum momentis, facile refelluntur uti apocrypha, aut prorsus dubiae auctoritatis. Hi propterea incunctanter negant fidem esse adjungendam rei, de qua

sacrae litterae, veteres Patres; ecclesiasticae historiae et sacrae antiquitatis explorata monumenta nihil omnino tradiderint. Ac sapienter, pro suo more, de hoc ipso scribit Summus Pontifex Benedictus XIV: «Fortasse non-»
»nemo mirabitur nos de nativitate beatæ Virginis nihil
»afferre: sed cum de ea sacer textus omnino sileat, opti-
»mum putavimus et nos de re prorsus incerta tacere, de
»qua cum plures scribere voluerint, ex turbidis fontibus,
»qua tradiderunt, hausisse videntur, puta ex Proto-Evan-
»gelio, quod Sancto Jacobo falso tribuitur, ex libro de
»Ortu Virginis qui perperam Sancto Jacobo fratri Domini
»Nostri Jesu Christi, et a quibusdam Cyrillo Alexandrino
»adscribitur... ex commentitia S. Evodii epistola, etc.»
(*De festis B. M. V., lib. II, cap. IX.*)

»Consuetudinem autem, quæ invaluit, celebrandi sacras centenarias commemorationes, rei præsentis minus congruere deprehensum fuit. Quandoquidem, uti iidem centenarii fautores testantur, expetitum festum prima vice hoc decimonono saeculo foret inducendum, veluti quid novum in Dei Ecclesia, et cunctis retroactis saeculis ne cogitatum quidem ab eximia majorum erga inclytam Dei Genitricem pietate et devotione, aut certe illis inusitatum. Profecto satis congrua theologica atque liturgica ratione inolevisse censendum est, ut saecularia solemnia, quæ aliis sanctis cum Christo regnantibus non dene-
gantur, ea de præcipuis sacratissimis Beatæ Virginis vitæ actis et mysteriis, scilicet de Nativitate, de Annun-
tiatione, de Assumptione, ac porro de caeteris, non celebrentur. Nam eminentiori veneratione supra ceteros Sanctos colit Ecclesia Coeli Reginam et Dominam Angelorum, cui, *in quantum ipsa est mater Dei... debetur non qualiscumque dulcia, sed hyperdulcia* (S. Thom., 3 part., quaest. 25, art. 5). Ideoque plusquam centenaria solemnitate commemoratione, eadem semper cultus præstantia, eodemque honoris tributo Ecclesia celebrat recurrentes ejus mysteriorum solemnitates; cum de caetero cultus Deiparae in Ecclesia sit plane quotidianus,

ac prope nulla temporis mensura limitatus.

»Haec pauca, vel leviter tantum adumbrata, satis ostendunt prudentiam Sacrae Congregationis, quae proposito dubio: «An recolli expediat anno proximo 1885 in »toto Orbe centenaria commemoratio Nativitatis Beatae »Mariae Virginis?» mature expensis omnibus, unanimi suffragio respondit *non expedire*. Vale tamen laudavit, ac Sanctissimo Domino deferendum voluit, pium tot praeclarissimorum Postulantium desiderium exhibendi Genitrici Dei gloriosae novum aliquod obsequii ac filialis amoris publicum argumentum pro novis injuriis a perditis blasphemisque hominibus ei inlatis; qui, occasione arrepta, etiam in Almae ejus Domus Lauretanum Sanctuarium toto orbe celeberrimum acuerunt linguas suas.

»Facta vero de his per me infrascriptum Cardinalem fideli relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis sententiam in omnibus ratam habuit et confirmavit. Mandavitque ad supramemoratum effectum a Rmis. locorum Ordinariis celebrari in suis Diocesibus triduana devota solemnia diebus sexta, septima et octava septembris ejus vertentis anni 1884 in honorem Beatissimae Virginis, ad instar eorum quae Romae in templo Sanctae Mariae supra Minervam jussu ejusdem Sanctissimi Domini propediem erunt celebranda. Concessitque fidelibus, pro qualibet vice septem annorum ac septem quadragenarum Indulgentiam; quotidie vero interessentibus, et infra triduum confessis ac sacra synaxi reffectis, et ad mentem Sanctitatis Suae Deum orantibus, plenariam Indulgentiam semel lucrandam, etiam animabus in purgatorio detentis applicabilem. Voluit autem hujusmodi triduana festa in Lauretana Basilica omnino peragi: quocirca magnopere probavit, ut a die prima proxime futuri mensis septembris ad decimam decembris inclusive piae peregrinationes in eundem finem ad praefatum Sanctuarium Lauretanum instituantur; concessa, in omnibus ut supra, de thesauro Ecclesiae plenaria Indulgentia semel lucranda.

»Haec dum pro mei muneris ratione Amplitudini Tuae communico, Eidem fausta omnia precor a Domino.

«Romae in solemnitate Pentecostes die 1 Junii 1884.—
D. CARDINALIS BARTOLINIUS, S. R. C., *Praefectus*.—LAU-
RENTIUS SALVATI, S. R. C., *Secretarius*.—Illmo. et Rmo.
Domino Episcopo Majoricensi.»

SECRETARÍA DE CAMARA EPISCOPAL.

*Suscripcion para socorro de las necesidades causadas
por las recientes inundaciones en la provincia de
Orihuela.*

| | Rvn. | Cts. |
|---|-------|------|
| Suma anterior. | 3950 | 18 |
| Los fieles de Galilea. | 10 | » |
| El Clero y fieles de Capdellá. | 90 | » |
| Id. id. de Estallenchs. | 128 | » |
| Id. id. de San Juan. | 61 | 50 |
| El Ecónomo de la parroquia de San Miguel. | 20 | » |
| Los Vicarios de la misma. | 20 | » |
| D. José Amengual Pbro. | 4 | » |
| » Francisco Terrasa Pbro. | 4 | » |
| El Ecónomo y feligreses de San Jaime. | 258 | » |
| Un católico. | 40 | » |
| Excmo. Sr. Conde de Montenegro. | 200 | » |
| El Vicario y feligreses de Caymari. | 128 | » |
| El Clero y fieles de Esporlas. | 120 | » |
| Una hija de la Purísima. | 10 | » |
| | <hr/> | |
| Suma. | 5.043 | 68 |

Palma 11 de Agosto de 1884.—*Guillermo Puig*, Ca-
nónigo Secretario.

ADDENDA

DE CORONATIONE IMAGINIS B. MARIAE V.

1. B. M. V. imagines, prodigiis cultuque celebriores, solent corona aurea decorari.

2. Curabitur imprimis quod hujusmodi corona apta sit imagini cui debet superimponi: quod imago ipsa ita locetur, ut Episcopus vel Sacerdos, cui munus hoc commissum fuerit, facile caput imaginis ipsius super quod corona locabitur, pertingat.

3. Si imago de loco removeri poterit, maxime conveniret illam pro hoc actu super altare majus exponere. Si loco dimoveri nequeat, ut ad illam perveniatur curari debet. Si in sacello nimis angusto servabitur, neque possit in eo Missa solemnis celebrari, sacra actio in altari principe explebitur, et actus tantum coronationis in sacello prædicto peragetur.

4. Ad plenariam indulgentiam assequendam Summus Pontifex exorabitur, qui facultatem quoque tribuet pro actus hujusmodi complemento.

5. Quum autem corona, qua Sacrae Icones ornantur, sit pretiosa et non parvi valoris, per publicum instrumentum vel præcedenter, vel in actu functionis faciendum. Superior seu Rector ecclesiae juramento suo spondebit coronam perpetuo super ipsa imagine retinendi, conservandi, neque unquam distrahendi, aut vendendi.

6. Ecclesia et præcipue sacellum in quo asservatur sacra imago, festive exornetur; et si functionem Episcopus ordinarius peraget, præparetur thronus seu sedes pro Episcopo et scamna pro Clero, qui sacrae functioni interesse debet.

7. Ære incidetur sacra imago fidelibus distribuenda, ac etiam numismata sacra ad hoc cudi poterunt.

8. Solemnitas ad triduum vel etiam octiduum prorahatur: sacrae conciones et orationes panegyricæ in laudem B. Virginis habebuntur.

DE REBUS PRAEPARANDIS

9. Ad altare SSmi. Sacramenti.—Genuflexorium cum

strato et pulvinis, vel faldistorium si Episcopus functionem explebit. In altari, quod remotum erit ab altare majori, ardebunt sex cerei in candelabris majoribus.

10. Ad altare majus.—Si Episcopus erit ordinarius, præparabitur thronus pro Episcopo cum sede, postergali et baldacchino albis lodicibus instructo. Si Episcopus erit extraneus parabitur tantummodo faldistorium alba veste instructum, loco consueto id est ante gradus altaris in latere Epistolæ.

11. Si aderit Capitulum Cathedralis, Missam proprio Episcopo celebrante, præter scamna in presbyterio, parabuntur vestes sacræ pro Canonicis et reliquis de Clero assistentibus prout etc.

12. Super altaris mensa disponentur paramenta pontificalia pro Episcopo, quibus additur pluviale album ac etiam formale si Episcopus erit ordinarius.

13. In abacis præter consueta ornamenta descripta etc. parabitur quoque vas aquæ cum aspensorio, liber in quo insertus erit ritus coronationis, ut infra, et corona sacræ imagini imponenda supra nobile pulvinum ex villosio rubro parata.

14. In sacrario parabuntur vestes pro sacris Ministris, vasculum aquæ sanctæ cum aspensorio, superpellicea pro clericis.

15. Nisi erit unum ex festis primariis B. Virginis, celebrabitur *Missæ sollemnis votiva de B. Virgine cum gloria, unica oratione et credo.*

IN FUNCTIONE

16. Hora statuta accedet Episcopus ad ecclesiam et a Clero excipietur, servatis regulis in præcedentibus traditis quoad rationem associandi Episcopum, si fuerit ordinarius.

17. Adorato SSmo. Sacramento accedet Episcopus ad altare majus, et brevi oratione expleta accedet ad thronum, vel ad faldistorium in cornu Epistolæ locatum.

18. Juxta qualitatem Ecclesiæ et Cleri in ea insertiventis præmittetur Missæ cantus horæ canonicæ, sive tertiæ, sive nonæ juxta ritum a Missa requisitum.

19. Clerus sacras vestes induet, si Episcopus erit ordinarius, vel ante vel post cantum horæ canonicæ juxta regulas in præcedentibus libris traditas. Interim ponentur Episcopo caligæ et sandalia coloris albi.

20. Induto ab Episcopo pluviali coloris albi, benedi-

cet coronam sacræ imagini imponendam. Corona super pulvino vel in lance posita a clerico deferetur ad thronum. Si Episcopus erit in faldistorio, corona deferetur super altari. Episcopus, deposita mitra, surget, vel si erit ad altare ascendet ad illud et deposita mitra, recitabit antiphonam; *Sub tuum præsidium*, et orationem pro coronæ benedictione.

21. Tunc Episcopus asperget et thurificabit coronam, ministrante Presbytero assistente si erit in throno, vel Diacono si ad altare.

22. Si sacra imago exposita erit in altari majore, Episcopus descendet ante gradus altaris et genuflexus intonabit antiphonam: *Regina cæli*, quæ a choro cantorum prosequetur in cantu modulato.

23. Si sacra imago in altero sacello asservabitur, accedet Episcopus ad illud, et deposito baculo et mitra, genuflexus ante altare intonabit antiphonam *Regina cæli*, ut supra.

24. Ascendet Episcopus ad altare, appropinquabit se ad sacram imaginem ejusque capiti coronam imponet recitans formulam *Sicuti per manus nostras etc.* Si una cum imagine B. Virginis decoranda esset imago pueri Jesu, prius corona imponetur sacræ Jesu Christi iconi, et postea imagini beatæ Virginis. In hoc casu ad formulam attendatur.

25. Imposita et firmata corona, redibit Episcopus ante altare, et thure imposito in thuribulo cum benedictione, triplici ductu sacram imaginem stans thurificabit.

26. Expleto cantu antiphonæ prædictæ, Episcopus versiculos et orationem recitabit.

27. Redibit ad thronum vel ad faldistorium, deponet pluviale, induet paramenta Missalia, accedet ad altare et Sacrum inchoabit.

28. Expleta Missa, post orationem *Placeat etc.*, posset in gratiarum actionem intonare hymnum *Te-Deum* postquam populo benedictionem impertietur, et publicabitur indulgentia a Summo Pontifice concessa, juxta verba in litteris apostolicis expressa.

29. Si per triduum aut per octiduum protrahetur, hymnus *Te-Deum* cantari poterit ultima functionum die.

RITUS SERVANDUS IN CORONATIONE IMAGINIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Pontifex, deposita mitra, surgit et coronas benedicit, dicens:

Antiph. Sub tuum præsidium * confûgimus sancta Dei Génitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, ejus clementissima dispensatione cuncta creata sunt ex nihilo; Majestatem tuam supplices deprecamur, ut has coronas pro ornatu sacræ imâginis unigéniti filii tui Domini Nostri Jesu Christi, et ejusdem Génitricis Beatæ Virginis Mariæ fabricatas, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris. Per eundem Christum.

Pontifex aspergit coronas aqua benedicta et illas thurificat.

Accedit Pontifex ante altare et deposita mitra genuflexus intonabit antiphonam: Regina Cœli, quam cantores modulatis vóçibus prosequentur.

Interim Pontifex surgit et mitra ornatus paratos gradus ascendet. Ante sacram imâginem mitram deponet, et accepta una ex coronis accedet propius et caput imâginis Domini Nostri Jesu Christi eadem corona ornabit, dicens:

Sicuti per manus nostras coronaris in terris, ita et à Te gloria et honore coronari mereamur in Cœlis.

Accepta deinde altera corona, eandem supra caput imâginis Beatæ Mariæ Virginis imponet dicens:

Sicuti per manus nostras coronaris in terris, ita et per Te a Jesu Christo filio tuo gloria et honore coronari mereamur in Cœlis.

His expletis, Pontifex descendet cum mitra et ante

altare depósita mitra, imponet thus in thuribulo et sacram imáginem stans triplici ductu thurificabit. Deinde subdet.

Y. Corona aurea super caput ejus

R. Expressa signo sanctitatis, gloria honoris et opus fortitudinis.

Y. Coronasti eam Domine.

R. Et constituisti eam super opera manum tuarum.

OREMUS.

PRÆSTA, misericors Pater, per invocationem Genitricis Unigéniti Filii Tui Domini Nostri Jesu Christi, quem pro salute géneris humani, integritate Virginis Mariæ servata, carnem sumere voluisti, quatenus precibus ejusdem sacratissimæ Virginis, quicumque eandem Misericordiæ Reginam et gratiosissimam Dóminam nostram coram hac imáginis suppliciter honorare studuerint, et de instantibus periculis eruantur, et in conspectu divinæ Majestatis Tuæ de commissis et omissis veniam impetrent, et mereantur in presenti gratiam adipisci, et in futurum perpétua salvatione cum electis tuis valeant gratulari. Per eundem etc.

Hic ritus servatus fuit a Pio VII, Gregorio XVI et a Pio IX in coronationibus imáginis Beatæ Mariæ Virginis.

CRÓNICA DE LA DIOCESI.

PEREGRINACION AL SANTUARIO Y CORONACION DE LA EFÍGIE DE NTRA. SRA. DE LLUCH.

El día 10 del corriente designado por S. E. I. para la coronacion de la veneranda Efigie de Ntra. Sra. de Lluch se verificó ésta con la solemnidad prescrita para tales casos, realizada con la numerosa y edificante peregrinacion que con tan plausible motivo acudió á dicho San-

tuario desde todos los pueblos de la Isla, quienes rivalizaron en la devoción y amor hacia la Reina de los Angeles y Madre de los hombres venerada de luengos siglos entre aquellas fragosas montañas. No hay memoria entre los mallorquines de espectáculo igual, sea por lo numeroso del concurso, sea por lo edificante y recogido, sea por las dificultades y mortificaciones que debieron arrostrar los que en él tomaron parte.

Desde la una de la madrugada del espresado día, omitiendo los muchos que pernactaron en el Colegio, fueron llegando los peregrinos por decenas, por centenares, por millares; entre ellos, ilustres prebendados, respetables párrocos áncianos y enfermizos, venerables sacerdotes, mugeres octogenarias, nobles, propietarios, literatos, médicos, abogados, industriales, colonos, trabajadores; en una palabra, todas las clases y jerarquías sociales confundidas por el espíritu de fé y caridad parece se habían dado cita para postrarse á los piés de María. El distinto acento en el habla, la variedad de trajes y fisonomías indicaban los diferentes pueblos y aldeas de donde procedían; y qué llanuras y montes habían dejado para rendir su tributo á los sagrados de Lluch. Casi nos atrevemos á asegurar que no hay pueblo ni aldea en la Isla, que no tuviese allí sus representantes. Dificil es precisar su número; pues muchos fueron por su cuenta sin alistarse á centro alguno; pero bien puede asegurarse pasarian los doce mil, atendida la extensión de la plaza del Colegio, y que pasaron de tres mil los que cruzaron por la vía férrea. ¡Qué suma de sacrificios y privaciones supone esta romería! Fatigados del cansancio y hostigados por la sed, se dirigieron conforme llegaban los diversos grupos con singular orden y compostura, continuando los rezos y entusiastas cánticos que empezaron en Caymari, á la iglesia para depositar sus banderas ó estandartes, notables todos por algun concepto; y despues de cumplir el precepto de misa y confortar su espíritu con el pan eucarístico en alguno de los

altares de la iglesia, donde simultáneamente se celebraba ó en el que provisionalmente se colocó en la plaza.

Cumplido este acto de los más importantes de la romería, y al entretanto se acercaba la hora de la coronación, tomaron los peregrinos una frugal refección, sin duda mal sazónada por escasos sorbos de agua, que á duras penas podían alcanzar, según era la aglomeración de personas en la fuente y depósitos. Pero aparte de lo edificante de la comunión, nada tan magestuoso é imponente como la ceremonia de la coronación, verificada á las ocho y media después de trasladada procesionalmente al altar de la plaza la Efigie precedida de las treinta y un banderas y pendones llevados por comisionados de los respectivos pueblos que las ofrecían á la Inmaculada Madre. Procedióse por S. E. I. revestido de Pontifical á la bendición de la corona, observándose estrictamente las prescripciones del ceremonial inserto en este BOLETÍN, realizadas por la solemnidad particular de la Iglesia de Mallorca en las misas pontificales. Todos los colores se hacen pálidos, vulgares todos los encarecimientos, ociosos todos los comentarios para describir el imponente acto en que el Venerable Prelado, emocionado su semblante, avivada su fisonomía apesar de su ancianidad y sufrimientos, rodeado del respeto y amor de sus diocesanos, y llevando en aquel momento la representación de la más augusta Autoridad de la tierra, se levantaba entre la muchedumbre y con sus sagradas manos ceñía con rica corona las sienes de las milagrosas imágenes á nombre de todos los mallorquines representados por los miles allí congregados, que gozosos entonaban la tierna felicitación *Regina cæli lætare*, á la cual siguió un ¡Viva! unánime, compacto, espontáneo, por nadie iniciado, nacido de aquellos miles de corazones enardecidos de amor á su escelsa Madre; expresión genuina de la satisfacción que sentían al ver realizados sus ardientes votos; y cuyo eco debió resonar en la Jerusalén celeste. ¡Lástima que lo apartado del sitio ú otras dificult-

tades insuperables que desconocemos no consintieran mayor riqueza y primor en el decorado y ornamentacion del altar, mas en armonia con lo extraordinario de la solemnidad y la abnegacion de los concurrentes. Celebróse seguidamente la misa cantada de pontifical, en cuyo ofertorio el M. I. Sr. Maestrescuela, embargada su voz por la ternura de la devocion, encareció la importancia del acto que acababa de celebrarse, y con la sencillez y uncion que le son características exhortó á su auditorio á mantener vivo el espíritu de fé y confianza en la Patrona de Mallorca. Dióse por último la bendicion Apostólica con indulgencia plenaria, que aquella muchedumbre recibió compungida y dispuesta con la recepcion de los Sacramentos, practicando luego la visita á la iglesia y la adoracion de la Coronada Virgen para ganar la otra indulgencia vinculada á estos actos.

Aquí podríamos dar por terminada esta reseña, ya que los romeros en su mayor parte, cumplido su principal objeto, emprendieron el regreso á sus hogares para procurar á sus abatidos cuerpos algun alivio en sitio algo más cómodo y amparado que los montes de Lluch. Quedaron, sin embargo, algunos miles para asistir á la funcion de la tarde, que consistió en una plática alusiva á la festividad que predicó el celoso P. Melchor Planas y otra de despedida que pronunció el Revdo. Sr. Rector de Escorca, dándose al final la bendicion con el Santísimo Sacramento, guardando todos los concurrentes la misma compostura y recogimiento que en los demás actos de la peregrinacion.

Sabido es que el interés de esta manifestacion católica no se limita á los que en ella han tomado parte, se estiende á sus familias y amigos, á tantos como se asociaron á ella en espíritu y que por justos motivos hicieron tal vez mayor sacrificio en quedarse que los otros en ir, á los cientos que han hecho esta religiosa excursion durante la octava, á las poblaciones enteras de Caymari, Inca y Palma, que con cristiana ovacion despidieron y recibie-

ron á los romeros, prodigándoles toda clase de consideraciones y servicios. Gracias sean dadas á la divina Providencia por haberse llevado á cabo tamaña empresa sin ningun linaje de contratiempo; y sin que el anciano y achacoso Prelado haya sufrido quebranto alguno en su salud, asistido indudablemente por la proteccion del cielo. Que la Virgen Santísima recompense sus fatigas y las de los iniciadores y encargados de la presente romeria, y bendiga al pueblo mallorquin, que en la presente ocasion ha sabido demostrar lo arraigado de su fé y lo familiar que le es la práctica de las más austeras virtudes cristianas.

Dia 1.º del corriente fué nombrado Coadjutor de Capdepera el Rdo. D. Juan Mesquida Pbro. titular de Manacor en reemplazo del dimisionario D. Juan Amorós.

Necrologia

Dia 9 del corriente falleció en Porreras D. Gabriel Font Pbro. titular de dicho pueblo y Coadjutor que ha sido durante muchos años de dicha parroquia á los setenta y cinco de edad.

A. E. R. I. P.

Fijense los RR. Párrocos y Encargados de iglesias en el anuncio que acompaña el presente número por lo que acaso pueda convenirles al tener que restaurar ó recomponer el piso de las capillas ó templos de sus cargos.

PALMA—Imprenta de Villalonga.